

1194, Abril 20, Tordehumos

Tratado acordado entre Alfonso IX y Alfonso VIII por el legado pontificio cardenal Gregorio.

(A. Huelgas Burgos, leg. 1 num. 11.- pub. Amancio Rodríguez. Las Huelgas, t. II. Pags. 325-27

ALFONSO IX. DOCUMENTOS  
JULIO GONZÁLEZ

In nomine Domini nostri Ihesu Christi, amen. Hec est forma mandati quam nos Gregorius, Dei gratia Sancti Angeli diachonus cardenalis, Apostolice Sedis legatus, mandamus inter illustrem Alfonsum regem Castelle et illustrem Alfonsum regem Legiones. Statuimos quidem quod rex Castelle in presentiarum pro bono pacis tria castra regi Legiones restituat, Albam scilicet, et Lunam et Portellam. Omnia alia castra que post mortem domini regis Ferrandi rex legiones habuit et postea rex castelle adquisiuit, mandamus quod post mortem regi legiones vel eiusdem heredi restituantur, que sunt Valderas, Bollannos, Villafructos, Villa Armenterus, Sierium de Rianio, Sierium de Asturiis ut destruat et sit de regno ....

Pro pace inter eos firmiter observanda quimque castra hinc inde ponuntur, scilicet, ex parte regis Castelle ista: Covellas de Dorio, Villanova, Sanctus Iohannes de Risova, Sanctus Romanus de Pennis, Tramaia, que debet tenere in fidelitate magister de Calatrava in regno Castelle. Ex parte regis Legiones ponuntur, scilicet, Castrum terra, Herrera de Rianno, Almancia, Penna Ramir, Colleus que debet tenere in fidelitate magister Templi in regno Legiones. ....